

MEMORIE

DELLA

REALE ACCADEMIA

DELLE SCIENZE

DI TORINO

CLASSE DI SCIENZE FISICHE E MATEMATICHE

TOMO XXXVIII.

TORINO

DALLA STAMPERIA REALE

MDCCCXXXV.

PLANTÆ RARIORES

IN REGIONIBUS CHILENSIBUS

A CLARISSIMO M. D. BERTERO

NUPER DETECTÆ

ET

AB A. COLLA

IN LUCEM EDITÆ

Fasciculus VI.

Exhibitus die 24 augusti 1834.

CAMPANULA.

Lin. gen. ed. Schreb. n. 290. Spr. syst. n. 788. Lam. ill. t. 123
 (*Pent. monog. L., Campanulaceae Iuss. gen. p. 163. Alph.*
DC. monogr. des Campanulacées, Paris 1830. Bartl. ord.
nat. p. 152).

Inter innumeras huiusce generis stirpes, nuper a cl. Alph. DC. perbelle illustratas (1) 2-3 tantum crescant in Regionibus Chilen- sibus, scilicet *C. chilensis* MOLIN. enumerata a BERTERO in Merc.

(1) Genus hoc modo comprehendens ex A. DC. *Campanulam, Speculariam, Adenopho- ram, Symphiandram, Murschiam, Cephalostigam, Platycodon, Microcadon, Wahleber- giam* et *Prismatocarpus*, laudat 245 stirpes.

LXXXVI.

1. *Phl. unidentata* Berter. l. c. « Caule herbaceo recto simpli-
 » cissimo glaberrimo rubescente demum villosiusculo viridi; foliis
 » alternis integerrimis vel 1-3-dentatis, inferioribus ovato-lanceolatis
 » subtus rubescentibus, superioribus lineari-lanceolatis gradatim
 » longioribus utrinque viridibus; corymbo terminali coarctato in-
 » volucrato; floribus sessilibus; laciniis calycinis lanceolatis glan-
 » duloso-villosis; corollae tubo elongato, limbo ovato rotundato ».
 NOB. Vid. tab. XXXIX.

OBS. Primo intuitu a ceteris huiusce generis stirpibus distinguitur
 planta nostra foliis alternis, corymbo coarctato indiviso, floribus
 sessilibus; forsitan alterius generis? An ad *Collomiam* NUTT. refe-
 renda, et speciatim ad *C. grandifloram* LINDL., cui valde affinis
 videtur? Dolendum, nec fructum nec ovarium saltem satis faecun-
 dum mihi non licuisse attento examini subiicere.

LITHOSPERMUM.

Lin. gen. ed. Schreb. n. 241. Spr. syst. n. 582. Lam. ill. t. 91.
 (Pent. monog. L., *Asperifoliae nuciferae* Lehm., Borragineae
asperifoliae Bartl. ord. nat. p. 197).

Inter multiplices huiusce generis stirpes (54 ex SPR.) nullam e
 regionibus chilensibus memorant Auctores, si *L. muricatum* R. et
 P. (fl. peruv. II. p. 4) excipias, quod ego non vidi, nec enume-
 ratur a BERTERO in Merc. Chil. n. XV. p. 690. Equidem ibi refert
 cl. Auctor *L. apulum* L., sed dubitat, ad aliam stirpem pertinere,
 quod asserere ausus non est ob defectum speciminum europaeorum
 = *Seria necessario compararla con la de Europa para conocer*
su diferencia, si es que existe. = Semina subinde ac perfecta
 specimina misit de planta chilensi, unde ex comparatione cognovi

illam toto coelo differre a *L. apulo* novamque optimam stirpem
constituere quam *chilensem* appellavi.

Descriptio.

Radix perennis, crassiuscula, fibrosa, ramosa, longe excurrens.
Caulis herbaceus, erectus, sub-fistulosus, 2-pedalis, basi fere di-
giti minimi crassitie, subinde gradatim tenuior, sub-teres, leviter
striatus, piloso-hispidissimus sc. pilis rigidis albidis crebris $\frac{1}{2}$ lin.
longis undique exasperatus, ramosus. *Rami* alterni, divaricati, in
axillis foliorum solitarii, folioque ipso paullo longiores. *Folia* al-
terna, remotiuscula sc. internodiis 1-2-pollicaribus, erectiuscula,
lineari-lanceolata sc. 1-3-poll. longa 3-lin. circa medium lata, in-
feriora utrinque acuta superiora basi sub-amplexicaulia, integerrima,
punctato-ciliata, aspera, 1-nervia, evenia. *Inflorescentia* spicato-
sub-globosa ad apicem ramorum. *Flores* congesti, parvi, vix 1-lin.
longi, sub-sessiles, ebracteati. *Calyx* profunde 5-partitus, persistens,
laciniis lineari-lanceolatis subulatis carinatis erectis aequalibus extus
uti folia punctato-ciliatis asperis intus glabris corollae tubum sub-
aequantibus. *Corolla* infundibuliformis, facie pervia, nuda, tubo
cylindrico flavescente, limbo flavo breviter 5-fido lobis rotundatis
integerrimis vix patentibus. *Stam.* 5 antheris in fauce corollae in-
clusis. *Styl.* 1-filiformis tubum corollae sub-aequans. *Stigma* obtu-
sum leviter 2-fidum. *Nuces* 4 fundo calycis adfixae distinctae basi
imperforatae ovatae muricato-rugosae, sc. rugae variae transversae
hinc inde punctis albidiusculis prominulis tectae.

LXXXVII.

L. chilense Nob. *L. apulum*? Berter. Merc. Chil. n. XV. p. 620.
(*Chili Rancagua* locis cultis et pascuis collinis). « Caule herbaceo
» erecto piloso-hispidissimo ramoso, ramis divaricatis, foliis alter-
» nis lineari-lanceolatis utrinque acutis superioribus sub-amplexi-

» caulibus punctato-ciliatis asperis eveniis, spicis terminalibus sub-
 » globosis, calyce ebracteato corollae luteae tubum subaequante,
 » nucibus muricato-rugosis ». Vid. tab. XL.

OBS. Habitu magis accedit ad *L. officinale* L. quam ad *L. apulum*, sed differt a primo herba undique magis *hispida* pilis *longioribus*, foliis *eveniis*, ac praesertim nucibus *muricato-rugosis* nec *lucidis glaberrimis*. Medium potius tenere videtur inter *L. officinale* et *L. arvense*; sed in hoc *strigoso* nec *piloso-hispido* folia sunt duplo triplove minora, rami *stricti longissimi*, spicae *foliosae elongatae*.

MYOSOTIS.

Lin. gen. ed. Schreb. n. 240. Spr. syst. n. 593. Lam. ill. t. 91.
 (Pent. monog. *L.*, *Asperifoliae nuciferae Lehm.*, *Borragineae asperifoliae Bartl. ord. nat. p. 197*).

Praeter *Myosotidem corymbosam* R. et P. fl. peruv. II. p. 5 tres alias stirpes chilenses enumerat BERTERUS in Merc. Chil. n. XV. p. 702 sine nomine specifico nec alia indicatione, observans tantum, alteram ex illis affinem videri *M. humili* R. et P. Ex specimenibus omnes novas existimo et ideo illustrandas; nomina specifica ex principali differentia inter ipsas desumsi.

LXXXVIII.

1. *M. alba* Nob. *M...*? Berter. l. c. et in scheda (*Chili, Rancagua*). « Caule simplicissimo erecto-villoso; foliis lanceolatis hirsutis integerrimis, radicalibus in rosulam congestis, caulinis alternis gradatim minoribus; racemo terminali 3-partito ebracteato; calycibus 5-partitis sub-sessilibus flavescenti-villosissimis; corollae (albae) tubo calycem aequante, limbo patente lobis rotundatis integerrimis ». Nob. Vid. tab. XLI.

Descriptio.

Radix herbacea (annua?), fusiformis, crassiuscula, diam. $\frac{1}{2}$ lin. circiter, vix nonnullis fibris brevibus praedita. *Caulis* simplicissimus, erectus, teretiusculus, villis tenuissimis ac mollissimis undique adpersus nec asper, altitudine semi-pedali et ultra, diam. $\frac{1}{4}$ lin. *Folia* lanceolata, utrinque angustata, sessilia, integerrima, membranacea, plana, scabriusculo-hirsuta, insuper a medio ad apicem villis tenuissimis uti caulis conspersa; radicalia in rosulam pollicarem et ultra congesta, semi-pollicem longa 2-3-lin. lata; caulina alterna, erecta, remota sc. internodiis pollicaribus gradatim sursum breviora. *Inflorescentia* terminalis, racemoso-paniculata, sc. caulis apice 3-partitus ibique ebracteatus, rami seu pedunculi vix semi-pollicares flores 5-7 circiter in spicam sub-congestos gerentes. Unusquisque flos vix ac ne vix quidem pedicellatus constat calyce profunde 5-partito, laciniis lineari-lanceolatis erectis 1-lin. longis undique villis flavescentibus creberrimis tectis; *corolla* hypocrateriformi alba (quod rarissimum in congeneribus), tubo calycem aequante, fauce squamis 5 minutissimis clausa, limbo 5-partito patente, lobis rotundatis diam. $\frac{1}{2}$ lin. integerrimis; *genitalia* de more generis inclusa; *nucis* in fundo calycis immaturas in speciminibus ob earum tenuitatem nec in hac nec in sequentibus stirpibus observare potui utrum *laeves* vel *rugulosae*, ex qua consideratione *Myosotidis* genus in duas sectiones ab Auctoribus dividitur.

LXXXIX.

2. *M. linearis* Nov. *M.* . . Berter. l. c. et in scheda (cum priori).
 » Caule simplicissimo erecto villosiusculo; foliis alternis linearibus
 » obtusis integerrimis villosis; panicula terminali ebracteata, ramis
 » spicatis apice incurvis; calycibus 5-fidis sessilibus sub-secundis

» flavescenti-villosissimis; corollae (flavae) tubo calycem aequante,
 » limbo patente lobis rotundatis integerrimis ». NOB. Vid. tab. XLII.

OBS. Differt a priori, praeter characteres allatos, statura undique valde minori.

XC.

3. *M. procumbens* Nob. *M. humili* affinis Berter. l. c. et in scheda (Chili prope Corcolea). « Caulibus caespitosis procumben-
 » tibus filiformibus villosiusculis; foliis sparsis alternisve lineari-lan-
 » ceolatis obtusissimis integerrimis ciliatis; spicis sub-simplicibus
 » elongatis; calycibus 5 partitis sessilibus secundis, laciniis villosis
 » apice flavo maculatis; corollae (flavescentis) tubo calyce brevioris,
 » limbo sub-clauso ». NOB.

OBS. *M. humilem* R. et P. cui stirpem hanc affinem dicit BER-
 TERUS, non vidi; sed ex descriptione Auctorum comparata cum
 planta Berteriana videtur differre foliis *lineari-lanceolatis* nec reapse
linearibus, vix *ciliatis*, caulibus *villosiusculis* nec *hispidis*, corolla
flavescente non *alba*. Accedit quoque ad *M. arvensem* SIBTH: sed
 caulibus *prostratis*, villis ciliisque *mollissimis*, corollis *flavescenti-*
bus sub-clausis abunde distincta.

CYNOGLOSSUM.

Lin. gen. ed. Schreb. n. 243. Spr. syst. n. 601. Lam. dict. t. 92.
 (Pent. monog. *L.*, *Asperifoliae* nuciferae *Lehm.*, *Boragineae*
asperifoliae *Bartl. ord. nat. p. 197*).

Cynoglossi genus in recentiori scientiae conditione continens non
 tam *Cynoglossum*, quam *Omphalodem*, *Mactiam*, *Rinderam* et
Picotiam quorundam Auctorum (1), laudat 50 circiter stirpes per

(1) Cons. R. et S. syst. IV. p. IX. X.

orbem sparsas, omnes herbaceas, inter quas tres tantum detectae fuerant in regionibus chilensibus, sc. *C. decurrens* R. et P., *C. pauciflorum* R. et P. et *C. lateriflorum* LAM. (SPR. syst. 1. p. 565. n. 20. 25 et p. 166. n. 30). De prima siluit BERTERUS in Merc. Chi. n. XIII. p. 610. Sed alias enumeravit et insuper de hisce perfectissima specimina misit anno 1829. At anno sequenti insulam *Juan Fernandez* percurrens strenuissimus viator, inter plures stirpes prorsus Botanicis incognitas, novissimam de hoc genere speciem invenit, quae eo magis pretiosior evadit, quo ab omnibus congeneribus habitu toto coelo aberrat, praesertim caule fruticoso folisque glaberrimis, res miranda in *Cynoglossis*, immo in maxima *Borraginearum nuciferarum* parte caulem humilem ac folia plus minus hirta gerente, unde rite Botanicorum Princeps illas *Asperifolias* salutaverat; et nisi fructificationis organa rite perpensa omnes *Cynoglossi* characteres genericos praeserferrent, quisque, in ordine naturali, de illa novum genus constitueret. Dolet equidem speciem nostram ramum unicum cum fructificatione; nec fructus perfecte maturos referre; sed mancis ex analogia ac notis in scheda ab Auctore inscriptis supplere conabor.

Descriptio.

Frutex 3-5-pedalis, glaberrimus, ramosus, cortice rimoso cinerescente. *Rami* erecti, rigidissimi, teretes, rimosi, versus basim pennae anserinae crassitie ibique ex foliorum casu cicatricibus latiusculis notati. *Folia* alterna vel sparsa approximata sc. internodiis unguicularibus, erecta, rigidiuscula, elliptica, longitudine 2-pollicari, latitudine circa medium $\frac{3}{4}$ poll., versus basim in petiolum planum attenuata, apice sub-acuminata, sc. nonnulla obtusiuscula alia acuta plura in acumen 1-2-lin. longum terminata, margine integerrima, utrinque glabra, tenuissime punctato-scabriuscula, superne intense viridia subtus glaucescentia, 1-nervia nervo prominulo basi dilatato rubescente, parce venosa, membranacea (sempervi-

rentia?). *Panicula* terminalis, spithamæa et ultra, valde ramosa samis corymbosis sc. in ramulos 5-6 sub-aequales divisis, pedunculis villosis-canescens; singuli ramuli referunt versus apicem 5-10 flores capitato-sub-congestos brevi et inaequaliter pedicellatos. *Flos* constat calyce 5-partito, laciniis ovato-lanceolatis aequalibus $\frac{1}{2}$ lin. longis extus uti pedicelli villosis-canescens; *corolla* infundibuliformi saturato-flava, tubo longitudine calycis, fauce fornicibus 5 inter lobos compressis sub-clausa, limbo 5-lobo $\frac{1}{2}$ lin. longo patente lobis obtusis; *antheris* 5 sub-sessilibus 2-ocularibus versus apicem tubi inclusis subtus fornicibus; stylo 1 columnari villosiusculo, longitudine tubi, stigmate simplicissimo truncato; nucibus 4 basi styli (*columna centrali* LEHM.) adfixis, compressiusculis, basi imperforatis villosiusculis (an maturitate *echinatis*?).

XCI.

C. Berteri Nob. *C.* an sp. nov.? Berter. ined. (in praeruptis sylvaticis montium editiorum ins. *Iuan Fernandez*). «Caule fruticoso erecto ramoso glabro, foliis alternis sparsisve ellipticis integerrimis in petiolum attenuatis sub-acuminatis glabris tenuissime punctato-scabridis superne viridibus subtus glaucescentibus, panicula terminali composita ramis corymbosis calycibusque villosis-canescens, corolla calyce duplo longiore, nucibus (imaturis) villosis». NOB. Vid. tab. XLIII.

OBS. Ex allatis satis liquet, stirpem hanc inter *Cynoglossa* esse referendam, etsi a congeneribus valde habitu recedentem; dubium remanet utrum inter stirpes primae sectionis (nucibus *echinatis*) vel secundae (nucibus *urceolatis*) sit enumeranda.